



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Petri Cvnæi de Repvblica Hebræorum Libri III**

**Cunaeus, Petrus**

**Lvgd. Batavor., 1632**

Cap. VII. Initiatio Pontificis duplex, & qualis. Quando, altera cessaverit.  
Quando Pontifex ab iuueni mactatione, quam lex præscripti, immunis  
fuerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65527)



quòd rationibus conjecturisque me-  
lioribus destituta, vim haud capiunt  
ex ipsa frugalitate.

## CAPVT. VII.

*Initiatio Pontificis duplex, & qualis.  
Quando altera cessaverit. Quando  
Pontifex ab iuuenti mactatione, quam  
lex praescripsit, immunis fuerit.*

**C**onsecratio Pontificis duas res pre-  
cipue habuit, vestitum unctionem-  
que. Sancitum enim à numine fuit,  
uti, qui summum sacerdotium gestu-  
rus esset, tunicis amiculisque sacris per  
septem dies indueretur, atque oleo li-  
neretur, quod confectum ad eam rem  
ratione quadam singulari erat. Talem  
Pontificem Talmudici מתרבה בגדים  
*auctum inauguratumque amictu*, &  
מתרבה משחה *auctum atque initiatum  
unctione* dixere. Ipse autem actus so-  
lennis dictus ab illis est ריבוי בגדים  
ומשחה *accessio majestatis ex amiculis &  
unctione*. Sed enim verò, postquam sa-  
crum oleum periit, quod in priore  
templo conditum esse ab Iosia in spe-  
eu quodam, & nunquam postea re-  
pertum ab Ezra aliisque in posteriore  
templo diximus, ab illa tempestate  
hercle Pontificum initiatio peracta si-



ne unctio est. Satis enim fuit, solo vestitu eos inaugurari. Vestiendi autem modus ejusmodi fuit, qualem Talmudici describere in tractatu, qui Massehta Ioma dicitur, in capite primo. Amicula octo erant, quibus Pontifex per dies septem continuos manequidem induebatur, vesperi autem exuebatur; totidemque per dies fieri unctio solita fuit, antequam amissum sacrum oleum esset. In Massehta Horaiot, in capite ultimo, traditum est, nullam fuisse differentiam inter pontificem, cujus consecratio unctio fiebat, atque inter eum, qui solo amictu initiatus erat, nisi quod is, qui unctus esset, mactare numini juvenum lege jubebatur, si ita deliquisset, ut unius culpa peccatum ab omnibus esset. Hac necessitate solutus fuit, qui sine unguento erat vestibus inauguratus. cæteris autem rebus omnibus ambo pares fuere. De juveni mactatione quod observarunt Talmudici, erutum est ex Levitici capite iv. Summam vero eorum omnium, quæ ad initiationem pertinere diximus, complexus est illis verbis maximus Rabbinus Aegyptius in capite iv. in Halacha Cele Hammikdash. ממנין כהן גדול הוא ראש לכל הכהנים ומושחין אותו בשמן המשתוח ומלושין



ומלבישין אותו בגדי כהונה גדולה : ואם אין  
 שם שמן המשחה מרבין אותו בגדי כהונה  
 גדולה בלכר. כשם שמתרבה בשמן המשחה  
 כך מתרבה בכגדים : כיצד מרבין אותו  
 בכגדים. לובש שמנה בגדים ופושטן וחוזר  
 ולובשן למחר שבעת ימים יום אחר יום  
 וכשם שריבוי בגדים שבעה כך משיחה  
 Sequitur dein illud, paucis interjectis, אין בין כהן  
 משוח בשמן המשחה למרובה בגדיו אלא  
 פר שמביא כהן המשוח אם שגג באהר מן  
 Non libet nobis, hæc vertendo, tempus atque ope-  
 ram conterere, propterea quòd eo-  
 rum sententia jam relata à nobis ab-  
 unde suprà est.

## CAPVT VIII.

*Sacerdotum stationes, & ἐφημερίαι.*  
 Qui iudicauerint de vitiis sacerdo-  
 tum. Damnati sacerdotes qua con-  
 ditione fuerint. Lignile. Antigoni in  
 Hyrcanum facinus.

CVM hæctenus de Pontifice maxi-  
 mo, qui sacerdotum princeps erat,  
 dixerimus, plane fieri in tantâ rerum  
 vicinitate nequit, quin multa attin-  
 geremus quoque, quæ ad ipsos sacer-  
 dotes, atque ad munia eorum perti-  
 nent. Quæ profectò iterare nunc pro-  
 positum nobis non est. Fuere sacerdo-  
 tes